Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tes quia hora est ℣ Egredietur virga de radice iesse lcō pma

Et erit in die illa omnis locus ubi fuerint mille vites mille argenteis et in spinas et in vepres erunt Cum sagittis et arcu ingredientur illuc Vepres enim et spine erunt in universa terra Et omnes montes qui in sarculo sarientur non veniet illuc terror spinarum et veprium et erit in pascua bovis et in conculcationem pecoris ℟ ℟ Canite tuba in syon vocate gentes annunciate populis et dicite Ecce deus salvator noster adveniet ℣ Annunciate in finibus terre et in insulis que procul sunt dicite Ecce

Et dixit dominus ad me Sume tibi librum grandem et scribe in eo stilo hominis velociter spolia detrahe cito predare Et adhibui michi testes fideles Uriam sacerdotem et zachariam filium barachie Et accessi ad prophetissam et concepit et peperit filium Et dixit dominus ad me Voca nomen eius accelera spolia detrahe festina predari quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam auferetur fortitudo damasci et spolia samarie coram rege assiriorum ℟ ℟ Vicesima quarta die decimi mensis ieiunabitis dicit dominus et mittam vobis salvatorem et propugnatorem pro vobis qui vos precedat et introducat In terram quam iuravi patribus vestris ℣ Ego sum dominus deus vester qui eduxi vos de terra egipti In terram

Et adiecit dominus loqui ad me adhuc dicens Pro eo quod abiecit populus iste aquas siloe que vadunt cum silentio et assumpsit magis rasyn et filium romelie. Propter hoc ecce dominus adducet super eos aquas fluminis fortes et multas regem assiriorum et omnem gloriam eius et ascendet super omnes rivos eius et fluet super universas ripas eius et ibit per iudam inundans et transiens usque ad collum veniet et erit extensio alarum eius implens latitudinem terre tue o emanuel ℟ ℟ Non auferetur sceptrum de iuda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est Et ipse erit expectatio gentium ℣ Pulchriores sunt oculi eius vino et dentes eius eius lacte candidiores Et ipse In .ii. n. an Nox pre